in noĩe dñi. O q̃ʒ diſſĩle rex iſrael.⁊ nõ ha
bem⁹ regẽ niſi ce. O q̃ʒ diſſĩle regnuʒ et
crux.flores ⁊ ſpine.et qd plura.cui ꝑiuſ
veſtimẽta ꝓſternunt̃ aliena. ecce ſuis ex
uitur.et ſors mittitur ſup ea. Mat.xxvi

Diuiſerūt ve. eius ſoꝛ. mit. Et ſic in mo-
dico tpe cithara ꝯuerſa ē in luctū. ⁊ gau-
diū in meroꝛē. Job. xx. Gaudiū ypocrite
ad inſtar pūcti. i. mūdi. Idē. xxj. Ducūt ī
bonis dies ſu. ⁊ in pūc. ad infer. deſcē. Ex
emplū d̄ illo diuite q̄ dicebat lu. xij. Ani
ma mea mul. ba. bo. rep. ⁊c. Dixit aūt il.
de. Stul. hac no. repe. ⁊c ¶ Sc̄do inſtru
imur ꝙ q̄ndo habem⁹ ꝓſperitatē ⁊ gl'az
ip̄as aduerſoꝝ memoꝛia tpem⁹ Ecci. xij.
In die bonoꝝ ne ime. ſis maloꝝ. Inde ꝓ
ſperitas ſtultoꝝ ꝑdat eos. vt d̄ꝛ ꝓuerb. j.
q2 eſt q̄i vinū foꝛte. ⁊ ſtulti q̄ illud tpare
neſciūt. inebꝛiant̄ ⁊ ꝑdunt̄ ab eo Sed ſa
piēs gaudiū mūdi tpat ad aduerſa ⁊ tri
ſticia q̄ poſſūt accid̄e oculū mētis haben
do. Ecci. vij. Coꝛ ſapientū vbi triſticia ē.
coꝛ aūt ſtultoꝝ vbi leticia. Hoc tpamētū
docuit nos hodie domin⁹. q̄ndo in tāto
gaudio habuit oculū ad mala illi hirl'm
vētura. ⁊ flēs dixit lu. xix. Si ꝯgnouiſſeſ
⁊ tu ſup̄. flereſ. Hoc etiā tpamentū docu
it in hoc ꝙ tantū honoꝛē in tāta hūilita-
te ſuſcepit. ſ. ſup̄ aſinā ī ſuitiū paupeꝝ d̄
putatā ſedēdo. Id̄o ſalomonē deſeruit ſa-
piētia. eo ꝙ ꝓſperitatē nulla amaritudīe
voluit tpare. ſ3 oī voluptati ſe dedit Ecc.
ij. Nec ꝓhibui coꝛ meū q̄n omī volupta
te frueret̄ ¶ Tercō inſtruimur vt tribu-
latōem eē viā ad gl'am ꝯgnoſcam⁹ Ber.
Nobis cariſſimi in ꝓceſſione celeſtē rep̄
ſentam⁹ gl'am. ſ3 ī paſſione demōſtram⁹
viā. Act. xiiij Per m̄l't. tri. o. n. intra ī re. c.
¶ Quarto inſtruimur ꝙ gaudiū mūdi
multa amaritudine ē reſpeꝛſū. ꝓuer. xiiij
Riſus doloꝛe miſcebit̄. Boe. li. ij. pſa. iiij
Anxia res ē humanoꝝ ꝯdicō bonoꝝ. et
q̄ vel nunq̄3 tota ꝓueniat vel nunq̄3 ꝑpe
tua ſubſiſtat. Huic cēſus exuberat. ſ3 eſt
pudoꝛi degener ſanguis. Hūc nobilitas
notū facit. ſ3 anguſtia rei familiaris īclu
ſus mallet eē ignotus. Ille vtroq3 circū-
fluus vitā celibē deflet. Ille felix nuptijſ
oꝛbus liberis. alieno cēſum nutrit here-
di. Alius ꝓle letatus filij filie ve delictiſ
meſtus illacrimat. Idcirco nemo facile
cū foꝛtune ſue cōdicōne ꝯcoꝛdat. Ineſt ei
ſingulis qd̄ inexꝑtus ignoꝛat. ⁊ exꝑt⁹ ex-
hoꝛreat. Et ſequit̄ ꝙ multis amaritudi-
nibus humane felicitatiſ dulcedo reſpeꝛ
ſa eſt ¶ Quinto inſtruimur ꝙ gaudiū3
mūdi ad doloꝛoſum finē ducit q2 vel hō
dimittit gaudiū ꝑ moꝛtē. vel gaudiū3 di-
mittit hominē ꝑ aduerſam foꝛtunā. vtꝝ-
q3 aūt ē doloꝛe plenu3. De p̄mo ecci. xlj.
O moꝛs q̄3 amara ē memoꝛia tua homī
pacē habēti ī ſubſtātijs ſuis ⁊ adhuc va
lenti cap̄e cibū. De ſc̄do boe. li. ij. pſa. iiij
Nā in omī aduerſitate foꝛtūe infeliciſſi-
mū gen⁹ infoꝛtunij eſt fuiſſe felicē ¶ Se
xto inſtruimur ꝙ gaudiū mūdi blanda3
⁊ iocundā familiaritatē h3 cū his q̄s elu-
dere nitit̄. ⁊ cū qb⁹ ꝑnicioſe ludit. vt ſunt
vana mūdi gaudia poſſidētes. tā eos de
meroꝛe in gaudiū. ⁊ d̄ gaudio in meroꝛē
alternādo trāſducit. ⁊ videt̄ lud̄e dū d̄lu
dit ⁊ blādire lenit̄ dū ꝑnicioſe ꝓſternit
Boe. cū hiſ quos eludere nitit̄ blandiſſi
mā familiaritatē h3. Idē li. ij. pſa. ij. Hec
nrā vis eſt. Hūc ꝯtinuū ludim⁹ ludū. ro
tā volubili oꝛbe v̄ſamus. dū infima ſum
mis ⁊ ſūma infimis mutare gaudemus
aſcēde ſi placet. qd̄ ſi nec ex arbitrio reti-
neri p̄t calamitates fugiēs facit ſ3 foꝛtu-
na. Quid ē aliud illa fugax q̄3 future qd̄
dā calamitatis indiciū Propt̄ q̄ oīa et ī
eoꝝ figura achoꝛ iuſſus ē lapidari. q2 tu-
lit aliquid de theſauris hierico. ioſue. vij
Hierico īterp̄tat̄ lūa ⁊ ſigt̄ mūdū q̄ vt lūa
mutat̄. Fatu⁹ ē ergo ⁊ vt fatu⁹ d3 lapida
ri q̄ gaudia mūdi q̄ ſūt theſauri ei⁹ ꝑquirit
Hic cadit exēplū d̄ q̄dā q̄ in teſtamēto re
liq̄t ꝙ cētū marce argēti darēt mag̃ fatuo
hoī de mūdo. Cui⁹ filius volēs tale3 fatu-
um inuenire venit romā ⁊ vidit ibi ex fu
ria populi ſenatoꝛem ſine cauſa occidi ⁊

aliũ eligi Qui dũ ſederȝ in throno venit
iſte ⁊ dedit ei dictas centuȝ marcas aſſe/
rẽs ipm̃ fatuiſſimũ eẽ q̃ talẽ dignitatẽ ac
cepit. Et q̃s vnq̃ȝ fuit cui ſi fortuna prius
arrideat. poſtea nõ pſternat. Certe vt di
cit boe. Plena ẽ pſens etas exẽplis ⁊ an
tiquoꝝ vetuſtas Quot reges ⁊ domini
felicitatẽ calamitatẽ ꝯmutauerũt Idem
Quid tragedia ꝝ clamor aliud deflet ni/
ſi idiſcreto ictu fortũe felicia regna vertẽtes
Etiã tpib⁹ nr̃is in tuſcia ⁊ lõbardia ⁊ in
tota italia ⁊ alemania exẽpla in ꝓmptu
patẽt ¶ Relinq̃mus ergo vana gaudij
mundi ⁊ eam⁹ poſt crucẽ cũ oliua ⁊ pal/
ma Oliua ſignat pacẽ In cui⁹ figura co
lumba attulit ramũ oliue noe in archaȝ.
in ſignũ q̃ d̃s reddiderat pacẽ terre. Si/
gnat etiã miſicordiã rõe olei qd̃ ꝓducit.
ſi ergo in hac q̃dragesima primo ex cord̃
reddim⁹ pacẽ. ⁊ egenis impẽdim⁹ miſeri
cordiã. oliuã veracit in manu portamus
Palma vo ſig̃ficat victoriã. tũ q2 ab an/
tiq̃s attributa ẽ marti q̃ eſt d̃s belli. tũ q2
folia palme ſũt vnita ſimul Omis enĩ vi
ctoria in vnitate ꝯſiſtit. ſicut oĩs ꝑditio ⁊
deſtructõ in diuiſione ⁊ guerra Luce. xj.
Omẽ regnũ in ſeipm̃ diuiſũ deſolabitur
Signat enĩ pniam. q2 ſicut palma ẽ aſpe
ra ⁊ ſpinoſa in cortice ⁊ in ſublimi habet
dulciſſimũ fructũ. ſic pnĩa in mundo iſto
eſt aſpera ⁊ ſpinoſa. ſȝ ĩ celo ꝯtinȝ fructũ
vite eterne. Si ergo in hac q̃dragesima
habuerim⁹ victoriã ꝯtra dyabolũ. mun
dũ. vicia ⁊ pctã. ⁊ ꝯdignã pnĩaȝ fecerim⁹
de pctĩs. digne palmaȝ tãq̃m victores in
manu portam⁹ Alias erim⁹ vas vacuũ
ſȝ ſignatũ. ⁊ circul⁹ ante domũ in q̃ peni/
tus nõ eſt vinũ. Sic demões dixerũt de
quodã iudeo infra crucẽ lapideũ iacẽte.
vt greg. in dyalogo narrat. Cauẽdũ val/
de eſt ne ſim⁹ ficus illa vacua habẽs ſo/
lum folia. cui xp̃c maledixit ⁊ radicit⁹ eſt
ſiccata qd̃ ſequẽti die poſt hoc feſtũ legit̃

factũ fore. vt pȝ math. xxj. Hic hiſtoriam
Cui⁹ maledictõ fuit figura eoꝝ q̃ hodie
in eccia ꝯtingũt in fidelib⁹ ramũ oliue ĩ/
digne portãtib⁹ atq̃ȝ ficte ¶ Cũ appropin/
q̃ſſet ieſus ⁊c. Dicta hiſtoria q̃ ĩ ꝓncipio
debȝ dici. in hoc euãgelio ꝓncipalit̃ q̃tu
or deſcribũt̃. Primũ ẽ xp̃i caritas ⁊ mi/
ſericordia. q̃ in geſtoꝝ ſig̃ficatõe demon/
ſtrat̃ in ꝓncipio euãg. Scd̃m ẽ pphetale
teſtimoniũ qd̃ in ꝯfirmatõꝫ dictoꝝ alle/
gat̃ ibi. Hoc ãt totũ factũ ẽ. Terciũ ẽ apo
ſtoloꝝ obediẽtia q̃ ĩ adimpletõe iuſſorũ
declarat̃ ibi. Eũtes ãt diſcipuli fe. ſi. p̃. eis
Quartũ eſt ꝑploꝝ ad xp̃m honor ⁊ reue/
rẽtia q̃ in ꝓceſſiõe ⁊ in multis alijs mani
feſtat̃ ibi. Plurima ãt tur. ſtra. veſ. ſua ĩ
via ¶ Primo ergo ponit̃ xp̃i caritas et
miſicordia. q̃ in geſtoꝝ ſig̃ficatõe demõ/
ſtrat̃. Hirlin ei interp̃tat̃ viſio pacis Be
thfage aũt erat vic⁹ ſacerdotũ diſtans ꝑ
miliare a hirlin. ad quẽ ibãt ſacerdotes.
ad q̃eſcendũ ꝯpleto officiõ ſm̃ ordinẽ vi/
cis ſuis vt dicit hiero. Interp̃tat̃ autẽ be
thfage dom⁹ maxillaꝝ. et ſig̃ficat ꝯfeſſio
nem oris in fidei aſſertõe. Mõs oliueti.
ꝓpter oleuȝ qd̃ generat ſig̃ficat altitudi/
nem miſicordie. Xp̃c ergo ex immẽſa ca/
ritate q̃ nos dilexit appropinquare fecit
tempus pacis dei ad hoĩes. ac etiã ipe hi
eroſolimis approping̃uit loco paſſionis
vt ſeipm̃ ꝑ hominib⁹ offerret hoſtiã pa/
cificã. ne vltra in dei ꝯtumacia morarentur.
Uenit etiã betbfage dũ fidẽ verã fe/
cit ora omniũ ꝯfiteri. et ſic os hoĩs factũ
eſt dom⁹ ꝯfeſſiõis fidi et v̄itatis ad ſalu/
tẽ aĩe ꝯſeq̃ndã. qd̃ ꝑus falſitateȝ vndiq̃ȝ
eructabat. Ro. x. Corde cre. ad iuſticiam
ore aũt ꝯfeſ. fit ad ſalu. Ad montẽ etiam
oliueti acceſſit. i. ad monteȝ miſericordie
et graꝝ q̃ndo omĩa pctã pepcit. penaȝ ꝑ
pctĩs nr̃is ĩ corpe ſuo exoluit gratis nos
redemit. innumeris gratijs et donis na
turam humanam repleuit. et tandem

eā in celeſti glīa collocauit. Gal. iiij. c. At vbi ve. ple. t. mi. de. fi. ſ. fac. ex mu. f. ſub le. vt e. q̄ ſub le. e. r. vt ad. fi. r. Tūc etiā miſit diſciplos ſuos ad hoīes illūināndū ⁊ abſoluēdū a pctīs eoꝝ. Jo. xx. Accipite ſpiritūſanctū q̄ꝝ re. pec. re. eis. Et hoc ē qd̄ ſubdit. Tūc miſit duos diſcipulos ſuos ſcꝫ petꝝ ⁊ philippū vt hylariꝰ innuere videt. Duos aūt miſit. qꝛ apli duo neceſſaria ad ſalutē hominū docere debebāt ſcꝫ fidē q̄ in petro intelligit̄ ſup quē dī eccia eſt fundata iuxta illd̄ mat. xvj. Tu es pe. ⁊ ſu. h. pe. e. ec. me. Et opa q̄ ꝑ philippū intelligunt̄ q̄ os lāpadis interprat̄. In ore aūt lampadis ardet ignis ſup oleū ⁊ ſignificat opꝰ feruēs caritate bona intentōne factū. Nā oleū in lampadibꝰ eſt intentō bona in opibꝰ vt dicit aug. quā q̄nqꝫ virgines prudētes ſꝫ nō q̄nqꝫ fatue habuerūt. vt pꝫ math. xxv. Uel duos miſit ꝓpē duo teſta. q̄ hoīes docere debebāt ⁊ ꝓpē duas claues ſcꝫ ſciam ⁊ potētiā. q̄s xp̄us aplis dedit ad ꝓplm ligandū ⁊ ſoluendū. Et nota q̄ hodierna die vt dicit beda. venit hirlm ⁊ intrauit tēplū. ſcꝫ decima lūa q̄nqꝫ diebꝰ ante paſſionē vt darꝫ itelligi q̄ ipē erat agnꝰ q̄ hodie. ſ. decima lūa debebat ſ̄m legē inferri in domū. ⁊ q̄rta decima luna ad veſperā imolari. vt pꝫ exo. xij. Sequit̄. Itē in caſtel. qd̄ cōtra vos eſt. Hirlm q̄ fuerat ciuitas regalis dr̄ caſtellū ꝓpter maliciā inhabitātū in ea. Ecci. xvj. Ab vno ſenſato inhabitabit̄ patria ⁊ a tribꝰ impijs deſeret̄. Iſtud caſtellū ſignat mundū qꝛ tūc hirlm q̄ caſtellū dr̄ ſuiebat cū filijs ſuis vt dicit apoſ. gal. iiij. Sic mūdus cū filijs ſuis mūdanis ſuit vicijs ⁊ pctīs. q̄ mūdus eſt ꝯtra aplos ⁊ aplicos viros ⁊ ſuis xp̄i in omnibꝰ aduerſat̄. ſicut ⁊ xp̄o fecit Jo. xv. Si mūdus v. o. ſcitote qꝛ me p̄. vo. o. ha. ſi me. pſe. ſ. ⁊ vo. pſe. Ad hoc caſtellū oppugnādū miſſi ſunt duo apli ⁊ oēs ſui xp̄i. Et hoc eſt.

Item in ca. qd̄ ꝯ. v. ē. Et nota q̄ illd̄ caſtellū eſt valde munitū ꝯtra deū ⁊ ſuos eius. Nā ꝑ foſſato ſine fundo habꝫ cupiditatē. q̄ omia deuorat. ſicut bel ydolū babilonie. in qd̄ foſſatū q̄nto plura ꝓiciūtur. tāto plꝰ creſcit ⁊ nō pōt repleri. puer. xxx. Tria ſūt inſatiabilia infernꝰ. os vulue. ⁊ terra. i. cupiditas terrenoꝝ. q̄ non ſaciat̄ aq̄. Pro aq̄ habꝫ carnis voluptatē in q̄ rane. i. mala deſideria nutriunt̄ Utinā p̄lati q̄ hoc caſtꝝ debēt p̄ncipalit̄ expugnāre in hoc foſſato nō ſubmergāt̄ ⁊ ranis egiptioꝝ coꝝ habitacula nō ſint plēa. Murꝰ vō ē duricia ⁊ īpenitudo cordiſ. q̄ tota die ꝑcutit̄ a p̄dicatoribꝰ ⁊ ꝑ multa aduerſa ꝑcutit̄. ⁊ nihil ꝓfi̇cit Ezech. iij. Ut adamantē ⁊ ſilicē dedi faciē tuā. Turris alta eſt ſupbia vſqꝫ ad celū aſcēdēs ſicut turris babel Inſignia ⁊ vexilla ē vana glīa. Propugnacula ſūt alia vicia. Iſtud caſtellū fuit ꝑ hierico figuratū. d̄ q̄ dominꝰ ioſue mādauit q̄ deſtrui deberꝫ ⁊ nunq̄ꝫ reedificari. Et modū etiā docuit deſtruēdi ſcꝫ ſepties circūeundo. vt pꝫ ioſue. vj. Septē circūitus ſunt ſeptē ꝯſideratōes mundi. quibus ꝑfecte inſpectis totꝰ mūdus deſtruit̄ atqꝫ cadit Prima qꝛ mundus ꝑiculoſis ꝑlijs ⁊ labore plenus exiſtit Job. vij. Milicia eſt vita ho. ſup ter. Secūda eſt qꝛ nullā ſtabilitatē habꝫ Eccli. xxvij. Stultus vt luna mutat̄. i. mundus qui ꝓpter antiquitatē dieꝝ deberꝫ ſapiēs eſſe ⁊ ſemꝑ ſtultiſat vt puer roſis ⁊ floribus coronatꝰ Tercia ē qꝛ totꝰ mūdus poſitus eſt ī maligno. j. Jo. v. Quarta eſt qꝛ eſt ꝯtrariꝰ deo nec pōt q̄ſquā dō ⁊ mūdo ſuire. iac. iiij. Quicūqꝫ voluerit amicꝰ eſſe hu. ſe. ini. dei ꝯſt. Mathei. vj. Nō poteſtis deo ſuire ⁊ mā. Quinta ē. qꝛ eſt ypocrita ⁊ decipit in ſe ſperātes et fallit. Eſa. xxxvj. Ecce ꝯfidis ſup baculū arundineuꝫ ſuper egiptum. id eſt. mundum. cui ſi quis innixus fuerit hō ꝯminuitꝰ

intrabit manū eiꝰ ⁊ pforabit eā. Egiptuſ
interꝑtat̃ tenebra ⁊ ꝯfuſio q̄ꝯpeiūt mōo
qui ē exteriꝰ ſicut arūdo frōdoſus. ⁊ ite/
rius totus vacuꝰ ⁊ deformis. Sexta eſt.
qꝛ cito trāſit. Job. xx. Gaudiū ypocrite. i.
mūdi ad inſtar pūcti. ij. Jo. ij. c. Mūdus
trāſit ⁊ ꝯcu. eiꝰ. Septima ē qꝛ ad penam
eternā ꝑducit. Math. xviij. Ue mūdo ab
ſcandal'. Uel alit̃ ⁊ meliꝰ. Dominꝰ man
dauit deſtrui hierico ꝑ hūc modū. ſcꝫ vt
ſeptē diebꝰ circuirēt terraꝫ ſꝫ die ſeptima
mādauit circuire ſepties. ⁊ ſic oēs circui
tus ſunt. xiij. q̄ ſignāt. xiij. articulos fidei
ſeptē diuinitatis. ⁊ ſex hūanitatis Qui/
cūqꝫ enī ꝑfecte deſiderabit articulos fidi
id eſt. habuerit fidē ꝑfectā. totꝰ mūdꝰ an
te eū cadet ſicut muri hierico ante filios
iſrael. ⁊ ipm pedibꝰ cōculcabit. Hebr. xj.
Fide muri hierico corruerūt. Mat. xvij
Si habueritis fidē vt granū ſinapis. di/
cetis mōti huic tran. hinc ⁊ trāſi. ⁊ nihil ī
poſſibile erit vobis. Hoc fuit figuratuꝫ ī
ſtatua quā vidit nabuchodonoſor. que
mundū ſignificat q̄ dyabolica ſtatua eſt q̄
a mūdanis adorat̃ vt ds̄ et nihil cōtinet
v̓itatis. Quā vnus lapillꝰ puus ꝯfregit
vt patꝫ dan. ij. id ē. fides d̄ humili xp̄o. q̄
eſt petra fidei vt dicit apl's. j. coꝝ. x. Seq̄t
Et inuenietis aſinā alligatā et pullū cuꝫ
ea ſol. et addu. mi. Aſina iſta et pullꝰ ſta
bant in porta ad ꝯmunē vſū paupeꝝ d̄/
putata Et id̄ dominꝰ pauptatis amator
iumentū paupm voluit eq̄tare. Aſinus
aūt et aſina iſta et pullus ſignāt duoſ po
pulos ſcꝫ ꝑplm iudeoꝝ q̄ ſub iugo legis
manebat. q̄ ꝑ aſinā deſignat̃. vnde in gre
co aſinus vocat̃ ſubiugalis. et populum
gentilē qui ꝑ pullū accipit̃. qui non erat
ſub iugo alicuiꝰ legis ſꝫ ad libitū ambu/
labat. Uterqꝫ autē iſtoꝝ populoꝝ ma
gnis catenis peccatoꝝ ligatꝰ manebat ⁊
ſolui indigebat. Prouer. v. Jniquitateſ
ſue capiūt impiū et funibus peccatoꝝ ſu

orum quiſqꝫ ꝯſtringit̃. ¶ Et nota hic ꝙ
peccator ſtrictiꝰ q̄ꝫ animalia ligat̃. et plu
ribus vinculis ē ligatꝰ. Nā ligat̃ memo
ria ne recolat beneficia di. ligat̃ volūtas.
ne deſideret v̓a bona. ligat̃ cor. ne penas
inferni et mortē cogitet ⁊ mala q̄ patitur
in ſtatu peccati manēs. Et ſimile ē d̄ om/
nibus potētijs aīe interiꝰ et exterius.
q̄ omēs fortiter alligant̃. Et qui ſic fuerit
ligatus in culpa digne erit ligatus in pe
na. Math. xxij. Ligatis ma. et pe. mit. eū
in te. ex. Ad hos ergo populos miſit do
minus apoſtolos ad ſoluēdum a pctīs
eoꝝ. qꝛ deſiderabat ſup eos ſedē. hic ꝑ gr̄/
tiam et in futuro ꝑ glām Et hoc ē. Si q̄s
aliquid v. dix. di. qꝛ dominꝰ his opꝰ ha/
bet. vel opam eius deſiderat. vt dicit lu/
cas. xix. c. Habebat ſiquidē ipīs opus vt
ſuā miſicordiā circa eos manifeſtaret vt
grām eis infunderꝫ. et ipos v̓tutibus il/
luſtraret. vt de ipis celū implerꝫ et ipos
glorificaret. Unō math. dicit ꝙ ſup vtr/
qꝫ ſedit qd̄ ſine miſterio factū nō ē. vt itā
ꝑuo ſpacio ſup vtrūqꝫ voluerit req̄ſce/
re. qꝛ grā di et v̓tus ſpūſſci ad vtrūqꝫ po
pulum eſt copioſe diffuſa. Et ſic pꝫ ꝑmū.
ſcꝫ di caritas et miſericordia in eo ꝙ mū
dum ꝯtra ſe inimicū et ſibi rebellantē re
cōciliauit. a peccatis abſoluit. et ad grāꝫ
ſuā reduxit ¶ Scd̄o ponit̃ teſtimoniuꝫ
ꝓpheta le quod ad ꝯfirmatōꝫ dictoꝝ al/
legat̃. Et hoc eſt. Hoc aūt factū eſt. vt ad
impleret̃ ⁊c Et attēde ꝙ ly vt hic tenet̃ cō
ſecutiue et nō cauſalit̃. Unde ſenſus eſt.
Hoc aūt factū ē. vt adimpleret̃. i. poſtq̄ꝫ
hoc factuꝫ ē adimpletū eſt dictū ꝓphete.
q̄ hoc ꝑ̄dixerat. Nō enī hoc factū ē qꝛ ꝓ
pheta hoc ꝑ̄dixiſſꝫ. qꝛ hoc d̄ſ facere diſpo
ſuerat ſicut ꝓpheta ꝑ̄dixit. et ſic duꝫ hoc
factū fuerat v̓bū ꝓphete ē adimpletum.
Jtē ꝓpheta fuit zacharias q̄. ix. cau. Ex
ulta ſatis filia ſion. iubila filia hieruſalē
ecce rex tuꝰ ve. tibi iuſtus et ſaluator ipſe

paup ⁊ aſcendens ſup aſinā ⁊ ſup pullū
filiū aſine. Jdē dicit math. q̄zuis v̄ba ali-
q̄ntulū variet d. Ecce rex t. ve. t. mā. ſe. ſu.
aſi. ⁊ ſup pul. fi. ſubiu. Syon erat arx hie
ruſalē. ⁊ hirlm vocat̄ filia ſyon. q꞉ cuſto-
diebat̄ ab arce. ſicut filia cuſtodit̄ a ma-
tre Subiugalis vt dictū eſt in greco idē
eſt q̄d aſinꝰ vel aſina Jn q̄bus v̄bis pro-
pheta de hoc rege nr̄o dn̄o ieſu xp̄o fi
lio dei q̄ttuor mirabilia dat intelligere ꝓ
pter q̄d dicit. ecce q̄d admiratōis ē ſignū
¶ Primū ꝙ filiꝰ dei incōprehēſibil' quē
celū ⁊ terra cape nō poſſunt totꝰ in ven-
tre v̄ginis eſt recluſus ⁊ factꝰ eſt hō. ⁊ de
gēte iudea natus Et hoc eſt. rex tuꝰ. i. de
te ⁊ de gēte tua natus Deut. xviij. Pro
phetā ſicut me ſuſcitabit tibi dominꝰ de
gēte tua ⁊ de fratribꝰ tuis. ipm̄ audies. q̄
ab omnibꝰ alijs regibꝰ magnā differētiā
habuit Fuit eni͂ rex a natura ⁊ non a for
tuna ſicut alij reges Apo. xix. Habēs in
veſtimēto ſuo. i. in hūanitate ⁊ in femore
ſuo ſcriptū Rex regū ⁊ dominꝰ dominā
tiū Jtē fuit rex vniuerſalis omniū ⁊ i om
nibus ⁊ vbiq; ⁊ nō ꝑticularis ſicut alij.
Math. xxviij. Data ē mi. om. po. in ce. ⁊
in ter. Act. x. Cōſtitutus eſt a dō iu. vi. et
mor. Jtē fuit rex ſempiternꝰ ⁊ nō tēpalis
ſicut alij Dan. vij Poteſtas eiꝰ ptās et̄
na q̄ nō auferet̄ ⁊ regnū eius q̄d non cor
rumpet̄ Jtē fuit rex ꝑfectus in omnibꝰ et
nō in multis deficiēs ſicut alij Mat. xij
Ecce plus q̄ȝ ſalomō hic Jtē fuit rex lar-
giſſimus ꝑfecta ⁊ ꝯpleta ſtipēdia largiēſ
⁊ nō imꝑfecta ⁊ diminuta Unde alexan
der q̄ oēs alios in largitate exceſſit. q̄ di-
uiſit regnū ſuū q̄ttuor pueris ſuis dum
adhuc viueret. ⁊ xij. regna ſimul dona-
uit. nihil dedit reſpectu xp̄i. q꞉ xp̄c dat re
gnū cuilibet ſicut ip̄e hab; q̄d regnu; eſt
omne bonū Lu. xxij. Ego diſpo. vo. ſi. di.
mi. pat̄ me. re. vt ed. ⁊ bi. ſup mē. me. in re.
meo ¶ Scd̄m mirabile eſt q꞉ talis ⁊ tan
tus rex dignatꝰ eſt ſubire labores innu-
meros ⁊ mlt̄a aduerſa pati. ⁊ tandē mor
tem. ſolū ꝓpter vtilitatē noſtrā Et hoc ē.
venit ti. i. ad vtilitatē tuā. ¶ P ¶ Ubi
nota ꝙ iſte rex venit nobis octo mōis ſcȝ
vt lux vt medicꝰ vt gigaſ vt iuſtꝰ vt igniſ
vt redemptor vt vita ⁊ vt dominꝰ Pri-
mo venit vt lux ad illuminādū q꞉ omēs
ſicut oues errauimꝰ Eſa. ix. c. Habitanti
bus in re. vm. mor. lux or. ē eis Paruulꝰ
eni͂ datus ē nobis Scd̄o venit vt medi-
cus ad ſanandū q꞉ oēs ad mortē infirmi
iacebamꝰ Pſal. Miſit v̄. ſ. ⁊ ſa. eos Au
guſtinꝰ Magnꝰ vtiq; venit medicus q꞉
magnus vbiq; iacebat egrotꝰ Tercō ve
nit vt gigas ad liberandū. q꞉ oēs ſub dy-
aboli poteſtate detinebamur. vt pat; in
illa ꝑabola lu. xj. Cū fortis ar. cu. atri. ſ. ꝛc
Pſal. Exultauit vt gigas ad currē. viā;
Tūc eni͂ ꝑliū cū dyabolo ꝓ humana na-
tura ſuſcepit cū ductus eſt ieſus in deſer
tū a ſpū vt tē. a dyabolo math. iiij Qua-
to venit vt iuſtus ad iuſtificādū ⁊ pecca-
ta remittendū q꞉ omēs peccauerāmꝰ. iu
xta illud ro. iij. Omēs eni͂ pec. ⁊ eg. g. dei
Math. ix. Cōfide fi. remit. t. pec. t. Quin-
to venit vt ignis ad inflamādū q꞉ in dei
amore ⁊ ꝓximi omēs frigidi manebamꝰ
Malach. iij. Et ip̄e erit q̄ſi ignis Luc. xij.
Jgnē veni mit. in ter. Sexto venit vt re-
demptor ad p̄ciū ꝓ nobis ſoluendu;. q꞉
omēs ꝓ delicto p̄mor ꝑentū in carcere i-
ferni detinebamur. j. pe. j. Non auro nec
argēto redē. eſtis ſ; p̄cio. ſan. ag. incōta. j.
cor. j. Qui factus eſt nobis ſapiētia iuſti
cia ⁊ ſanctificatō ⁊ redēptō Septimo ve
nit vt vita ad viuificādu; q꞉ oēs vita glīe
carebamus Jo. x. Ego veni vt vitā habe
ant ⁊ abundātiuſ habeāt Octauo venit
dominꝰ ad celū ciuitatē noſtrā nos redu
cendo a q̄ omēs exulabamꝰ Jo. xiiij. Jte-
rum veniā ⁊ aſſumā vos ad meipum vt
vbi ego ſū ⁊ vos ſitiſ Mich. ij. Aſcēdēs

ante eos pandẽs iter ¶ Terciũ mirabi/
le eſt.q: cũ ipſe haberet omnẽ poteſtatem
⁊ in ictu oculi omnes aduerſarios ſuos
poſſet facere abſorberi tamẽ oẽs aduer/
ſarios ⁊ aduerſa ſuſtinuit patiẽter ⁊ tan
q̃m agnus mãſuetus qui portat̃ ad victi
mã nõ apuit os ſuũ. Hiere.xi. Et hoc eſt.
mãſuetus. Greg. Manſuetudinẽ dĩ pẽ
ſemus ⁊ obſtupeſcem⁹. Nã p ſuis cruci
fixoribus orauit dicẽs Pater dimitte il.
q: neſci.qđ fa. Quotidie etiaꝫ ſua benefi/
cia ꝯfert illis q̇ eũ blaſſemãt ⁊ ſua mẽbra
pſequũtur ⁊ illis q̇ deuaſtãt eccl'iam ſuã.
⁊ patrimoniũ crucifixi quos omẽs etiaꝫ
patiẽter expectat.⁊ ſi redire volunt beni
gne ⁊ miſericordit̃ recipit. Eſa.xxx. Pro
pterea expectat domin⁹ vt miſereat̃ ve/
ſtri. Unde hiere.iij.c. Tu fornicata es cũ
amatorib⁹ multis tamẽ reuertere ⁊ ego
ſuſcipiã te ¶ Quartũ mirabile eſt q: cũ
ipſe ſit ineffabilis maieſtatis ⁊ gl'e infini/
te.cui⁹ aſpectũ omẽs angeli tremunt.cui
omnis creatura obtempat rex regum. ⁊
dominus dominãtiũ in tantũ ſe humili/
auit ꝙ ſup aſinã dignat⁹ ẽ equitare. Nõ
aſcẽdit equũ auro faleratũ vel ſerico. pa
cis inimicũ.amicũ diſcordie.q: ꝓcul odo/
ratur bellũ ⁊ hinnit ad ſonitũ buccine vt
dr̃ job.xxxix. Sed aſcẽdit aſinũ pacis ami
cum.iumentũ paupeꝝ.animal mãſuetũ
Phil'.ij. Humiliauit ſemetipm̃ for.ſ.ac.
Et ſic patꝫ ſcđm. ¶ Tercio exponit̃ apo/
ſtoloꝝ obediẽtia.que in iuſſoꝝ adimple
tione declarat̃.q: euntes fecerũt ſicut prece
pit illis ieſus ⁊ adduxerũt pullũ ⁊ aſinã.
Et vt cõmodius chriſt⁹ ſup eos ſederet.
poſuerũt ſup eos veſtimẽta ſua. Ubi no
ta ꝙ apoſtoli p̃dicando ⁊ baptiſando et
miracula faciẽdo ad xp̃m vtrũqꝫ popu/
lum adduxerũt Ueſtimẽta aũt q̇ apoſto
li ſup ipſos poſuerũt fuerũt doctrĩa euã
gelica ⁊ ſacramẽta eccl'ie.p que peccata ex
pellebãt ⁊ virtutes introducebãt. Eſay.
xlix. His omnib⁹ velut ornamẽto veſtie
ris. Et p ꝯſequẽs aptabãt homĩes vt do
min⁹ p grãꝫ ſuã ſup eos q̇eſcereꝫ et ſedereꝫ.
Hec eſt illa veſtis nuptialis q̃ facit habẽ
tem nuptijs eternis dignũ.quã ille non
habẽs de nuptijs ẽ ꝓiectus.de quo mat.
xxij. Que figurata fuit p xp̃i tunicã incõ
ſutilẽ.q̇ xp̃o creſcẽte creſcebat q̃ antequã
ſcinderet̃ xp̃c elegit mori et poti⁹ ſe pfora
ri pmiſit q̃ꝫ ipſam ſcindi.vt nobiſ darꝫ ex
emplũ q̃tenus hec veſtis nobiſcũ creſcat
et nunq̃m ſcindat̃ in nobis.ſꝫ poti⁹ mori
velimus q̃ꝫ ipſaꝫ ſcindi. Quidã creſcũt ſo
lum in pſona ſꝫ ĩ v̇tutib⁹ pueriſant Eſa.
lxv. Puer centũ annoꝝ morieẽ. et pctõr
centũ annoꝝ maledict⁹ erit. Hec ẽ illa ve
ſtis quã helyas vadẽs in padiſuꝫ reliq̇t
heliſeo.i.chriſt⁹ aſcendẽs in celũ reliquit
choro apoſtolico.ad cui⁹ tactũ diuiſe ſũt
aque iordanis ⁊ heliſeus illeſus trãſiuit
q: apl'i in hui⁹ veſtis opatõe et mirabili
efficacia p omnia flumĩa tribulatõnum
illeſi pertrãſierũt.ps. Trãſiuimus p igneꝫ et
aquã et eduxiſti nos in refrigeriũ Eſay.
xliij. Cũ tranſieris p aquã tecũ ero et flu/
mina nõ opient te. Hãc ergo veſteꝫ apl'i
vt xp̃i miniſtri ſup nos poſuerũt.p quaꝫ
domin⁹ ſup nos ſedꝫ et habitat in eternũ
Math.xxviij. Ecce ego vobiſcũ ſũ o.di.
vſqꝫ ad ꝯſu.ſe. Et ſic ptꝫ terciũ ¶ Quar/
to ponit̃ honor et reuerẽtia ꝑploꝝ ad xp̃ꝫ
q̃ attendit̃ q̃ntũ ad q̃ttuor. ¶ Q ¶ Pri
mo q: letãter ei oẽs obuiã ꝓceſſerũt. Se
cundo q: veſtimenta ſua ei in via ſtraue
rũt. Tercio q: oliuas et palmas cedẽtes
ante eũ ꝓiecerũt. Quarto q: vnanimiter
et p̃cedẽtes et ſeq̃ntes ei oſanna acclamã
tes dixerũt. Benedict⁹ q̇ venit in nomie
domĩ. Quia et ꝑpl's q̇ fuit ante xp̃m et q̇
poſt ipm̃ venit p xp̃m ꝑiter ſũt ſaluati. et
ideo et p̃cedẽtes et ſeq̃ntes ei oſanna.i.ſal
uifica dixerũt. Et attẽdẽ ꝙ ſm̃ hieronimũ
oſanna ẽ vna dictõ tota hebrea .et nõ eſt

compoſita ex greco ⁊ hebreo. ⁊ tantū va-
let q̄ntū obſecro ſalua me. Et dicit remi-
gius ꝙ eſt ꝯpoſita in hebreo ex corrupto
⁊ integro. Oſi enī in hebreo tantū valet.
q̄ꝺ ſalua vel ſaluifica. anna v̄o eſt inter-
iectō obſecrātis. vnde anna. i. obſecro. ſi-
cut heu eſt īteriectō dolētis. Eſt ergo ſen
ſus. Oſanna filio dauid. i. obſecro ⁊ ſup-
plico filio dauid ſalua me. i. vt ſaluet me
Dicūt aūt bis oſanna q: omīs ſalus eſt
a xp̄o. ⁊ hoc in p̄ſenti q̄ꝺ ꝑ p̄mū oſanna
deſignat̄. ⁊ in futuro in celo q̄ꝺ ꝑ ſecū duꝫ
oſanna deſignat̄. Et iō addit̄ in excelſis.
Uel vt oſtendat̄ ꝙ ſalus aīme ⁊ corꝑis ē
a xp̄o petēda. q: vt d̄r ioh̄ā. xiij. Omīa de-
dit ei pater in manꝰ. Math. xj. Omnia
mihi tradita ſūt a patre meo. Interp̄tat̄
enī oſanna ſalus ⁊ redemptō. Salus āt
⁊ redemptō eſt a xp̄o filio dauid. ⁊ iō fi
lio dauid eſt caſus ablatiui. Pōt etiā eē
caſus dtī vt ſit ſenſus. Oſanna. i. ſalus ⁊
redemptō ſit filio dauid. i. attribuēda eſt
filio dauid. Benedictus q̇ venit in noīe
domī. i. q̇ eſt incarnatus in ſalutē gētibꝰ
dandā. q̄ habet̄ in noīe domī. Prouerb.
xviij. Turris fortiſſima nomen domī ad
ipam ꝯfugiet iuſtus ⁊ exaltabit̄. In his
ergo q̄ttuor iſtā ſanctā turbā hodie imi-
temur ¶ R ¶ Primo xp̄o volēte ī hie
ruſalem ſp̄ualē intrare ſcꝫ in aīas nr̄as
quar vnaqueqꝫ ē ciuitas ⁊ templuꝫ dei
omēs ⁊ cū omnibꝰ obuiā occurramus.
Quidā occurrūt ei ſolo corꝑe ⁊ nō mēte
Occurramꝰ enī ei cū aīa ⁊ cū omnibus
potētijs eiꝰ. ſ. cū voluntate ⁊ v̄a bona ve
limus ⁊ deſideremꝰ. bonis fallacibꝰ ab-
dicatis. cū memoria ⁊ beneficia dī recor-
demur. q̄ magna ſunt iniurijs omnibus
obliuione traditis. cū intellectu vt volū-
tatē dei ꝯgnoſcere ſtudeamꝰ. ſciētia mū-
di q̄ inflat ⁊ eſt terrena aīalis ⁊ dyabo
lica. vt d̄r ia. iij. penitꝰ eneruata. cū corde
vt paſſionē xp̄i cogitemꝰ ⁊ mortē noſtrā
⁊ penas inferni. ⁊ gl'am ꝑadiſi. alijs inu-
tilibus reſecatis. Quia ſcriptū eſt mich.
ij. Ue q̇ cogitatis inutile. Sap. j. Sp̄us
ſanctus diſcipline effugiet fictuꝫ ⁊ aufert
ſe a cogitatōnibꝰ q̄ ſunt ſine intellectu. et
breuiter cū omnibꝰ. ⁊ viſu. ⁊ auditu. ⁊ ta
ctu debemꝰ ei occurrere. vt fiat in eiꝰ ad
uentu vniuerſalis ꝯmotō ī nobis. Ma
thei. xxj. Cū intraſſet ieſus hieroſolimaꝫ.
cōmota eſt vniuerſa ciuitas Uidemus
enī ꝙ q̄ndo aliq̇s terrenꝰ rex venit ad ci-
uitate vniuerſa ciuitas ꝯmouet̄. ¶ Secū
do vt veſtimēta noſtra. i. bona t̄palia q̄
ꝑ veſtimenta ſignant̄. eius pedibꝰ. i. pau
peribus largiamꝰ. Sicut enī veſtis nec
caput opit nec pedes. ſic nec bona t̄palia
Iob. j. Nudꝰ egreſſus ſum de vtero ma
tris mee ⁊ nudꝰ re. il. Quidā freq̄nter ꝓ-
ſternūt ſe ad pedes xp̄i ſꝫ non ſua bona.
Cōtra quos d̄r deut. xvj. Nō apparebit
ante dominū vacuꝰ ſꝫ offert vnuſquiſqꝫ
ſm̄ q̄ꝺ habuerit iuxta benedictōeꝫ domi
dei ſui quā dederit ei ¶ Tercō vt p̄cida-
mus ramos de arboribus. id eſt. accipia
mus exēpla vite a ſanctis patribꝰ q̇ ma-
gne arbores in dei eccīa extiterūt Preci
damus ergo ramū obediētie ab abraam
vt deo ſimus obedire pati. Ramū man
ſuetudinis ⁊ pietatis a dauid. q̇ inimicū
ſuū ſaul cū poſſet occidere recuſauit Ra
mū puritatis ⁊ humilitatis a beata v̄gi-
ne que cuꝫ in ſummo exaltata fuiſſet ait.
lu. j. Ecce ancilla domini Ramū iuſticie
a ioh̄āne baptiſta q̇ iuſtus ⁊ ſanctꝰ fuit.
Ramū fidei a petro q̇ fidei petra extitit.
ſuꝑ quā eccīa eſt fundata. Ramū carita
tis a ioh̄āne euāgeliſta q̇ diſcipulꝰ amo-
ris quē diligebat ieſus vbiqꝫ nomīatur.
Ramū penitētie ⁊ cōuerſionis a paulo.
q̇ ex ꝑſecutore vas electōis eſt effectus et
ex lupo ſeuiſſimo agnus manſuetꝰ Et ſi
militer a magdalena q̄ tot de ſe fecit olo-
cauſta v̄tutū quot habuerat vicia ⁊ pec-

cata. Et ſic faciamꝰ ab omnibus ſanctis.
Et attēde ꝙ iſti ꝑcidebāt ramos arborū
fructiferaꝝ ſcȝ oliuaꝝ ⁊ palmaꝝ. Quidā
ꝑcidunt ſolū ramos ſpinaꝝ accipientes
exēpla a malis ⁊ nō a bonis ſcȝ a diſſolu
tione magdalene ⁊ nō a penitentia eius.
Portemus enī hodie viaciter oliuam et
palmā manibꝰ ne ficulnee ſterili ſimiles
maledictōȝ incurramꝰ vt dictū ē. Quar
to vt omnē ſalutē in pſenti ⁊ in futuro et
anime ⁊ corpis a xp̄o filio dauid petamꝰ
⁊ in ip̄o ſolo ſperemꝰ. omnibꝰ alijs falſis
pſidijs abdicatis. q nō pficiūt ſȝ deficiūt
ad ſalutē. Hiere. xvij. Maledictus vir q
confi. in ho. ⁊ po. car. bra. ſuū. Benedictꝰ
vir q cōfi. in do. ⁊ erit dominꝰ fiducia eiꝰ.
Et ſic patȝ totū de euāgelio.

## De epiſtola Sermo. XLIIII

Hoc enim ſentite
in vobis quod ⁊ in xp̄o ieſu.
Phi. ij. Quāuis ordo noſter
ſolū hāc ep̄lam hodie legat. q humilitati
domice paſſionis q in paſſione recitatꝛ re
ſpondet. tamē romana eccia matꝛ omniū
⁊ magiſtra nō ſolū hāc ep̄lam legit q cuȝ
paſſione xp̄i ɔcordat. ſȝ legit etiā q̄ndam
lectōȝ ve. te. quō filij iſrael pꝰ trāſitū ma
ris rubri venerūt in helym vbi erant. xij.
fontes aquaruȝ. ⁊. lxx. palme q hodierne
iocūde pceſſioni ɔuenit ⁊ ipam quōdāmo
do repſentat. quā relinquētes ad pſens.
ſolū humilitati q ɔtinetꝛ in ep̄la intenda
mus. qꝛ vt dꝛ eccli. vij. Melius eſt ire ad
domū luctꝰ q̄ȝ ad domū ɔuiuij. In illa eī
finis cūctoꝝ admo. ho. ⁊ vi. co. qd fu. ſit.
In q quidē ep̄la q̄ttuoꝛ ɔtinentꝛ. Primo
enī ap̄ls exēplo xp̄i ad humilitatis veſti
gia ſuā ponit exhortatōȝ. In pncipio epi
ſtole. Scd̄o ipaȝ xp̄i hūilitatē enarrat q̄n
tū ad hūanitatis ſuſceptōȝ ibi. Qui cū in
forma dei eſſet nō rap. ar. eſt eſ. ſe eq̄. deo.
Tercio ipam narrat ⁊ recitat q̄ntum ad
mortis crucis toleratōȝ ibi. Hūiliauit ſe
metipm fa. obe. vſqȝ ad moꝛ. Quarto vt
fortius ad hūilitatē aīmemur ſubiungit
hūilitatis xp̄i p̄miū ⁊ exaltatōȝ ibi. Pro
pter qd ds ex. il. Primo enī ap̄ls exē
plo xp̄i ad humilitatis veſtigia ſuaȝ po
nit exhortatōȝ. d. Hoc enī ſentite in vo. i.
ex puncto cognoſcite. qd ⁊ i xp̄o ieſu ſup.
fuit. vt p expientiā hūilitatis xp̄c ɔgnoſca
tur eē in vobis. j. mach. x. dꝛ. ꝙ alexander
miſit ionathe purpurā ⁊ coronā dicens.
Que nr̄a ſunt ſentias nobiſcū et ɔſerues
amiciciā ad nos. Alexāder interp̄tatꝛ alle
uians tenebras vl̄ auferēs anguſtias te
nebraꝝ et ſignat xp̄m q tenebras noſtras
multū illuminauit ⁊ pꝛſeq̄ns alleuiauit
Jonathas interp̄tatꝛ donuȝ colūbe. ⁊ ſigt
eū q dono et grā ſpūſſancti q p columbā
deſignatꝛ eſt iuſtificatꝰ. j. coꝝ. xv. Grā dei
ſum id qd ſum. Huic mittit dominꝰ pur
purā paſſionū ⁊ tribulatōnū et coronaȝ
p̄mioꝝ vt ſimul cū xp̄o ſentiat. nec ſenti
et ſcdōȝ. ſ. coronā p̄mioꝝ. niſi ſenſerit p̄mū
ſcȝ purpurā paſſionū et tribulatōnuȝ. ij.
coꝝ. j. Sicut paſſionū ſocij eſtis ſic eritis
et ɔſolatōis. Jo. filij zebedei i petitōe ſua
repulſi ſunt. qꝛ volebāt cū xp̄o regñe. ſed
nō cū eo crucifigi Math. xx. Neſcitis qd
petatis. Et ſic patet p̄mū. Scd̄o ipam
xp̄i humilitatē narrat q̄ntū ad humani
tatis ſuſceptōnē. di. Sic ſe hūiliauit xp̄c.
q cū in foꝛ. di eſ. i. in plena eſſentia patris
et eq̄litate. et hoc ſm deitatē. jo. x. Ego et
pater vnū ſumꝰ. Nō rapinā. i. p rapinaȝ
ar. eſt ſe eſ. eq̄. deo patri ſm hūanitatē di
uinū honorē ambiēdo. qꝛ eſſȝ rapina dū
rapet qd ſuū nō erat. Sic dyabolꝰ volu
it deitatē rape. Eſa. xiiij. Similis ero al
tiſſimo. Et ſilr p̄mis pentibꝰ ſuggeſſit vt
deitatē rapent Geneſ. iij. Eritis ſicut dij
ſciē. bo. et ma. Jmo ſp ſm illā naturā dice
bat ſe minorē prē. io. xiiij. Patꝛ maioꝛ eſt
me. Alio mō legitꝛ vt totū hoc ad deitatē

referat̃ ad demonſtrãduꝫ ꝙ v̓a deitas in
xp̃o fuit ⁊ ꝯſeq̃nter ꝑ hoc oſtẽdit̃ ꝙ ſume
ſe hũiliauit. Et iõ excellẽtiam xp̃i demõ/
ſtrat vt magis hũilitas ei⁹ clareſcat. quia
magna hũilitas in magna excellẽtia de/
monſtrat̃. ⁊ hoc videt̃ ee͂ mẽs apli. Dicit
ergo. Qui cũ in forma dĩ eẜꝫ. i. in eadẽ eſ
ſentia ſciẽtia potẽtia ⁊ v̓tute. arbitratus
eſt ee͂ ſe equalẽ dõ patri. võ iudicõ rõnis
nõ rapinã. i. non faciẽs in hoc rapinã. q̃
nõ vſurpauit qd̃ ſuũ nõ erat vt dyabol⁹
fecit ⁊ p̃mi pentes. Sic xp̃c nõ vſurpauit
equalitatẽ dĩ. q̃ v̓e ⁊ ꝑ oĩa deo patri ſꝫm
naturã eq̃lis erat. ⁊ iõ nõ erat illi rapina
cũ natura eẜꝫ eq̃lis vt dicit aug̃. Et iõ no
luit rapꝫ qd̃ nõ erat aſcẽdendo ſꝫ voluit
aſſumere qd̃ nõ erat deſcendẽdo ⁊ ſe hu
miliãdo. Et hoc ẽ. ſꝫ ſemetip̃m exina. Et
quõ. nõ ſubſtantiã euacuãs. nõ formã dĩ
mutãs. ſꝫ formã ſui accipiẽs. Unde for/
ma ſui acceſſit ⁊ nõ forma dĩ dceſſit. Se
metip̃m exinaniuit. i. creature ſeip̃m vni
uit ⁊ creaturã ſibi. q̃ de ſe inanis ẽ. q̃ de
nihilo facta eſt. Et ꝑ hũc modũ dr̃ dñs ex/
inanitus ſicut ⁊ egen⁹ fact⁹. ij. coꝝ. viij. ꝓ/
pter nos egen⁹ factus ẽ cũ eẜꝫ diues om
niũ. Sequit̃. In ſilitudinẽ hominũ fcũs.
ſcꝫ paſſibilis ⁊ mortalis. Nõ eñi aſſũpſit
hominẽ immortalẽ ſꝫ mortalẽ. Per hoc
ergo ꝙ hõ fact⁹ eſt. ⁊ in ſilitudinẽ homi/
nũ ſeip̃m exinaniuit. Ip̃e ẽ ergo factor ⁊
factus. Sequit̃. Et habitu inuẽtus vt hõ
id eſt. ꝯuerſatõe inuẽtus ẽ vt alij hoĩes.
q̃ comedit. bibit. iacuit. ambulauit. ⁊ ce/
tera talia fecit. Baruch. iij. Poſt hec in
terris viſus eſt. ⁊ cũ hominib⁹ ꝯuerſat⁹
eſt. Et ſic hũana natura fuit ei ſicut indu
mentũ iuxta illud eſa. lxiij. Quare ergo
rubꝝ eſt indumentũ t. ⁊ veſ. t. ſicut cal. in
tor. Quia indumẽtũ adueniẽs homini ĩ
nullo mutat hominẽ nec etiã indumẽtũ
ſꝫm ſubſtantiã mutat̃ ſꝫ aliũ habitũ habꝫ
extra hominẽ q̃ꝫ ꝯiunctũ ⁊ indutũ homĩ

Sic humana natura adueniẽs dõ et dñs
ipam induẽs in nullo ẽ mutat⁹. neq̃ꝫ ip/
ſa natura ſꝫm ſubſtãtiã eſt mutata a filio
dei aſſumpta. q̃ in ſimilitudinẽ hominũ
factus ẽ. alias nõ fuiſſet ſilĩs alijs homi/
nibus. nec in eadẽ ſpẽ cũ eis. Sꝫ ipa na/
tura humana aſſũpta a filio dei ⁊ in ip̃o
filio dei aliũ habitũ aſſumpſit q̃ꝫ ãte ha/
buit. q̃ in ip̃o immunis a pctõ fuit. ⁊ to/
ta pura ⁊ dõ tota magna excellẽtia gr̃aꝝ
⁊ ſꝫm animã beata. Anima eñi xp̃i ꝯiun/
cta v̓bo dĩ ſꝑ beata erat. Et hoc eſt qd̃ di
cit. Et habitu inuẽtus vt hõ. Et attende
hic ꝙ humana natura non eſt ꝯiuncta fi
lio dei accidẽtaliter ſicut veſtimentũ ho/
mini vt q̃dã dixerũt ⁊ male. ſꝫ ſubſtãtia/
liter ſicut humana natura ineſt ſubſtãtia
liter alijs hominib⁹. Unde hõ p̃dicatus
de dõ vt de⁹ eſt hõ. p̃dicat qd̃ ⁊ nõ ſolum
quõ ſe habẽs. Unde q̃ꝫuis deitas vene/
rat ad nos veſtita ⁊ calciata humanitate
tamẽ ſubſtãtialiter ⁊ nõ accidẽtalit̃ ipaꝫ
aſſumpſit. Et ſic pꝫ ſcd̃m. ¶ Tercõ ipam
xp̃i humilitatẽ narrat q̃ntuꝫ ad mortis
crucis tolerantiã. d. Nõ ſolũ xp̃c ſe hũili
auit vt fieret hõ. ſꝫ etiã humiliauit ſemet
ip̃m fact⁹ obediens vſq̃ꝫ ad mortẽ patri
Joh. vj. Deſcẽdi de celo nõ vt fa. vo. me.
ſed vo. e. q̇ mi. me patris. Et vſq̃ꝫ ad quã
mortẽ. Certe vſq̃ꝫ ad mortẽ crucis q̃ viliſ
ſima ⁊ abomĩabilis erat. Hiere. xj. Mit
tam⁹ lignũ in panẽ eius. i. ĩ carnẽ. Sap.
ij. Morte turpiſſima cõ. e. Et nota ꝙ hic
nõ ſolũ atteſtat̃ xp̃i magne humilitati. ſꝫ
xp̃i magne caritati. Ro. v. Cõmendat ſu
am caritatẽ dñs in nobis. quoniã cũ ĩmi/
ci eſſemus recõ. ſ. dõ ꝑ mortẽ fi. e. Et ſic pꝫ
tercũ. ¶ Quarto vt forti⁹ ad hũilitateꝫ
animemur. ſubiũgit hũilitatis xp̃i p̃miũ
⁊ exaltatõꝫ d. Propt̃ qd̃. i. q̃ tantũ ſe hu
miliauit ⁊ naſcẽdo ⁊ moriẽdo ⁊ de⁹ pat̃
exaltauit illũ in reſurrectõe dãdo illi im/
mortalitatẽ ⁊ ĩpaſſibilitatẽ. claritatem et

agilitatē. ps. De toꝛ. in vi. bi. p. ex. caput.
Humilitas ergo claritatis ē meritū. cla/
ritas hūilitatis eſt pmiū Aug. Quid er/
go ꝛ q̄ntū hūilitas mereat hic oſtēdit. vt
magis hāc appeterem⁹ calcata iactātia. ꝛ
hoc totū factū eſt in forma ſui. In forma
enī dei ſp fuit ꝛ ſp erit claritas. Exaltauit
ergo illū ſm humanā naturā q̄ glorioſi/
oꝛ facta ē in reſurrectōe In q̄ etiā diuina
natura pōt dici exaltata ſm oſtēſionē qꝛ
tūc cepit ſciri qd̄ erat. ſicut in aſſumptōe
infirmitatis dꝛ exinanita qꝛ nō apparuit
qd̄ erat. Et nō ſolū exaltauit illū in ſe ſed
etiā q̄ntū ad alias creaturas. Et hoc eſt.
ꝛ dedit illi nomē qd̄ eſt ſup omē nomē. i.
noticiā exiſtentē ſup omē nomē. qꝛ voca
tus eſt d̄s. ꝛ hoc maxime q̄ntū ad notici/
am fidei. qꝛ tūc notū eſt ipm eē verꝫ deū ꝛ
verꝫ eē filiū dei. qd̄ nulli angelo vnq̄ꝫ cō/
ceſſum ē vt ī eū credat ſicut in deū Eph. j
Conſtituēs eū ad dextrā ſuā in celeſtib⁹.
ſup omnē pncipatū ꝛ ptātē ꝛ v̄tutē ꝛ do/
minatōem. ꝛ omē nomē qd̄ nomiat non
ſolū in hoc ſeculo ſꝫ etiā in futuro Actu.
iiij. Neqꝫ enī nomē aliud eſt ſub celo da
tū hominib⁹ in q̄ oporteat nos ſaluos fi
eri. Apo. v. Dignus ē agn⁹ q̄ occiſus eſt
acci. v̄tu. ꝛ diuinitatē ꝛ ſapiētiā ꝛ fortitu/
dinē. Et hoc totū intelligēdū ē q̄ntuꝫ ad
ꝯgnitōem hominū. hoc etenī nomē ꝛ an
te reſurrectōꝫ habuit. ſꝫ poſt reſurrectōꝫ
in euidēti poſitū eſt qd̄ p̄us erat abſcōdi
tum vt ſcirēt homīes ꝛ demōes Tūc aūt
dꝛ res fieri q̄ndo īnoteſcit. Qd̄ ergo a cō
ceptōe accepat dꝛ ei donatū poſt reſurre
ctionē ppter manifeſtatōꝫ. Tale ergo no
mē dedit ei vt in noīe ieſu qd̄ ē nomē pie
tatis ꝛ miſicordie ꝛ ſalutis. omē genu fle
ctat reuerētiā exhibēdo. celeſtiū. i. āgelo/
rum. terreſtriū. i. hominū. ꝛ infernoꝝ. i.
demonū. De pmo apo. vij Et oēs ange
li ſtabāt in circuitu throni ꝛ ſenioꝝ ꝛ q̄t/
tuoꝛ animaliū ꝛ ceciderūt ī ꝯſpectu thro

ni in facies ſuas. De ſcd̄o dan. vij. Oēs
ppli trib⁹ ꝛ lingue ſuiēt ei. De tercō mar
ci. iij Et ſpūs immūdi cū illū videbāt pci
debāt ei ꝛ clamabāt dicētes. Tu es filius
di. Et oīs lingua tā bonoꝝ q̄ꝫ maloꝝ ꝯfi
teat voluntarie vl' inuite. qꝛ domin⁹ ieſus
xpc in glā eſt di patris. i. ſedet ad dextraꝫ
ꝛ manꝫ in potioꝛib⁹ bonis pris Apo. iij.
Ego vici ꝛ ſedi cum patre meo. ꝛ hoc ſm
qd̄ hō. Nā ſm qd̄ d̄s ſedꝫ in glā di pris.
id ē. eiuſdē omnino glorie ē cū dō patre.
Et nota q̄ pmū pmiū. i. exaltatō in clari
tate ꝛ īmortalitate datū ē ei ī reſurrectōe
Scdm vo ꝛ terciū. ſ. noticia ꝛ reuerētia ī
aſcēſione. et ſic pꝫ q̄rtū ¶ Sicut euidenē
apparꝫ apoſtol⁹ in tota hac epl'a ad hūili
tatē nos inducere conat. et qꝛ vt di. phūs
ſmones accipiēdi ſūt ſm materiā. ido d̄
humilitate pdicem⁹ Circa quā tria vide
amus. ſ. vnd̄ cauſet. q̄ꝫ ſit magna v̄tus. et
qd̄ habeat opari ¶ Primo ergo videa
mus vnd̄ humilitas in hoīe cauſet. Cau
ſat aūt in homīe ex hoīs ꝯſideratōne ad
pfectōꝫ di relati. Si qs. n. cōſiderat ſe et
ſua. et ꝯſiderat maieſtatē et pfectōꝫ diui/
nam ſtatim hūiliabit. Mich. vj. Humi/
liatō tua ī medio tui. i. infra te. Eſt. n. hūi
litas ſm aug. quidā intuit⁹ pprie ꝯdicō
nis relat⁹ in deū ¶ T ¶ Debꝫ aūt hō q̄
vult ſe humiliare q̄ttuoꝛ cōſiderare. ſ. oꝛ
tum ſuū. ꝯdicionē nature ſue. variū euē/
tum fortune ſue. et exitū ſuū. ¶ Primo
debꝫ ꝯſiderare oꝛtū ſuū. qꝛ ex luto fetito
eſt format⁹ Gen. ij. Formauit d̄s homīeꝫ
de limo terre. Job. xvij. Putredi. dix. p.
m. et ma. m. et ſoroꝛ m. v. Sic ꝯſiderabat
abraā di. gen. xviij. Loq̄r ad do. m. cū ſim
pul. et cinis. exēplū pauonis q̄ dū pedes
reſpicit humiliat. Voluit domin⁹ pone
re ventrē ante oculos vt ſp poſſꝫ videre
materiā ſue humilitatis. Ber. Quid ſu
pbis ſaccus ſtercoꝝ et cibus v̄miū. Joē.
Memēto vnde veneris et erubeſce. vbi

es ⁊ ingemiſce. q̃ vadis ⁊ ɔtremiſce. Pec
catores aūt ex ortu ſuo ſupbiunt dicētes
ſe ex nobili ꝓſapia ortos. Oſee. ix. c. Gl'a
eoꝝ a ptu ⁊ ab vtero ⁊ a ɔceptu. ¶ Se-
cundo dꝫ ɔſiderare ſue nature ɔdicōem
q̃ apparet q̃ntū ad multa miſera ⁊ depſ-
ſa. Nā hō ſm corp⁹ infinitis infirmitati
bus ⁊ penalitatib⁹ ē ſubiectus. Eſa. j. A
plāta pedis vſqꝫ ad v̇. ca. nō eſt in eo ſa.
Medicat enī totā vitā ſuā ab alijs crea-
turis ac ornatū. Natura enī meli⁹ ꝓui-
dit alijs animalib⁹ q̃ꝫ homi. ſm animaꝫ
v̇o multe ſubiacet ignorātie q꞉ ſm philo
ſophū aīa q̃ndo infundit̃ corpi ē ſicut ta
bula raſa in q̃ nihil eſt ſcriptū. Acq̇rit āt
ſciam ꝑ exercitiū ⁊ diſciplinā. ⁊ tamē q̃n-
tūcunqꝫ q̇s ſtudeat ad ꝑfectū ſcīe puení
re nō pōt nec ad ꝑfectā ɔgnitōem nō ſo-
lum creaturaꝝ ſꝫ nec vni⁹ creature. quiſ
ɔgnoſcit animā vel angelū q̇s ɔgnoſcit
v̇tutē ſtellaꝝ ⁊ herbaꝝ ⁊ lapidū ⁊ aīma-
liū. Legit̃ de quodā philoſopho q̄ ad co
gnoſcēdū naturā apis. xxx. ānis in deſto
ſtetit. Eccl's. vij. Dixi ſapiēs efficiar. ⁊ ip-
ſa longi⁹ receſſit a me. Et q̇d plura. Se-
ipm ⁊ naturā ſuā hō ignorat ⁊ medic⁹ q̇
alios curat ſeipm neſcit ſanare. Bernh.
Multi mlta ſciūt ⁊ ſeipos neſciūt. Apo.
iij. Neſcis q꞉ tu es miſer ⁊ miſabilis ⁊ ce
cus ⁊ paup ⁊ nud⁹. Nec etiā pōt hō ſcire
finē ſuū ⁊ q̃ndo ⁊ quō ⁊ vbi debeat mori.
Eccī. ix. Neſcit hō finē ſuū. Quāta ē etiā
hominis ignorātia circa ꝓpriā ſalutē. Om
nes enī ſecte credūt in ſua fide ſaluari. et
vna ſecta ɔdēnat aliā. Nec etiā q̃ntūcū-
qꝫ iuſtus ⁊ ſanct⁹ cert⁹ eſt an ſit in ſtatu
grē ⁊ in amore dī. Eccī. ix. Sūt iuſti atqꝫ
ſapiētes ⁊ opa eoꝝ in manu dei ⁊ tamē
neſcit hō vtꝝ amore an odio dignus ſit.
Apl's q̇ tātus erat dicit. j. coꝝ. iiij. Nihil
mihi ɔſcius ſum ſꝫ nō in hoc iuſtificat⁹
ſum. Itē q̃ntū ad vtrūqꝫ ſcꝫ tā corpus q̃ꝫ
animā hō multe mutabilitati ⁊ varieta-
ti ſubiect⁹ eſt. Nā mō eſt ſan⁹ ⁊ ſtatim i-
firmus. mō iuuenis ⁊ ſtatim ſenex mō le
tus ⁊ ſtatim triſtis. mō viu⁹ ⁊ ſtatī mor-
tu⁹. Iob. xiiij. Nūq̃ꝫ in eodē ſtatu pma
net. ij. re. xiiij. Oēs morimur ⁊ q̇ aq̃ dila
bimur in terrā. ¶ Tercio dꝫ hō ɔſidera-
re variū euentū fortūe q̃ q̃ꝫ ſit piculoſa ⁊
anxietate plena boe. in li. ij. de ɔſo. ꝓſa. ij.
oſtēdit. d. Hūc ɔtinuū ludim⁹ ludū. ro-
tā volubili orbe verſam⁹ infima ſummiſ
⁊ ſūma infimis mutare gaudem⁹. Unō
domīa q̃ ducit rotā fortūe pingit̃ ceca. q꞉
de nullo curat nec p̄ces alicui⁹ audit vel
fletus vt dicit boe. De hoc ſatis dictū ē
in ṗncipio p̄cedētis ſmonis d̄ euāgelio.
¶ Quarto dꝫ hō ɔſiderare exitū ſuū et
mortē. Nullus ē enī q̇ nō hūiliet̃ ſi ɔſide
ret quō exiet de mūdo. ⁊ quō corp⁹ ſuū pu
treſcet ⁊ a v̇mibus lacerabit̃ ⁊ quō ꝑdet
omīa. ⁊ ab omnib⁹ derelinquet̃ ⁊ recōde
tur ſub t̃ra vt res fetida ⁊ deformis. Hie
re. xxij. Sepultura aſini ſepeliet̃ putrefa
ctus ⁊ ꝓiect⁹ extra portas hirlm. Omne
animal hꝫ aliquā vtilitatē in morte. p̄ter
hominē. Hec ergo ſi hō ɔſideraret maxi
me hūiliaret̃. Et ſic pꝫ ṗmū. ¶ Scd̄o vi-
deam⁹ quō hūilitas eſt magna v̇tus cu-
ius magnitudo atqꝫ ꝑfectō ex q̃tuor de
clarat̃. ſ. ex ſui ɔmunitate. ex ſui electōne.
ex ſui ɔmēdatōe. ⁊ ex ſui opatōe. ¶ Pri
mo eius ꝑfectō apparꝫ ex ſui ɔmūitate q꞉
omīs res tāto melior eſt q̃nto ſe mag̃ cō-
municat. q꞉ ſm dyoniſiū bonū ē ſuupi⁹
ɔmunicatiuū. Unde int̃ corpalia lux eſt
nobilior ⁊ iō magis ſe diffundit q꞉ ſupio
ra ⁊ inferiora illumīat. Et d̄s eſt optimū
⁊ ꝑfectū bonū ⁊ ſup oīa ſe ɔmūicat ⁊ ſuā
bonitatē diffundit. q꞉ omīa ꝑ ipm facta
ſunt. io. j. Aug. De⁹ eſt vbiqꝫ. p̄s. Nec ē
q̇ ſe abſcō. a ca. e. Humilitas v̇o ⁊ caritaſ
magis ſe diffundūt q̃ꝫ aliqua virt⁹. ⁊ iō
ꝑfectiores alijs ſūt. q꞉ in creatore ⁊ crea-
turis in angelis ⁊ hominib⁹ in celo et in

terra inueniunt̄.pſ.Humilia reſpicit in
celo ⁊ in terra.Et qꝛ omīs creatura p̄t dy
abolū ⁊ peccatorē hūiliantē ſuo mō con
ſeruat in eo ſcʒ ꝙ ſuo creatori ad nutum
obedit.Baruch.iij.Stelle vocate ſunt ⁊
dixerūt aſſumꝰ ⁊ luxerūt cū iocūditate ei
q̄ fecit illas.Pſal.Ignis grādo nix glaci
es ſpūs ꝓcellaꝝ q̄ faciūt v̄.eiꝰ.Silr omīſ
creatura caritatē oſtēdit in eo ſcʒ ꝙ bo/
nū ſuū ꝯmunicat homī.Solꝰ auarꝰ ab/
ſcōdit bona domī ſui.⁊ iō merito auferē
tur ab eo Luc.xix.Ecce mna tua quā ha
bui repoſitā in ſudario.Et ſequit̄ Aufer
te ab eo mnā.Alie aūt v̄tutes p̄ter has
duas nō inueniunt̄ in celo neqʒ ī beatis
ſcʒ fides.ſpes.prudētia iuſticia.tēperan/
tia.fortitudo.ſm actus q̄s hic habēt.
Scōo apparet eiꝰ bonitas ex eiꝰ electōe.
Nā omēs ꝑfecti viri eā p̄ omnibꝰ elege/
runt.Nā patres veteris teſta.⁊ noui hu
militatē totis viribus ſūt amplexati.vt
abraā moyſes dauid ⁊ ceteri.De abraā.
gen.xviij.Loquar ad dominū meū cum
ſim pul.⁊ cinis.De moyſe heb.xj.c.Fide
moyſes grādis effectꝰ negauit ſe filiū fi/
lie pharaonis mag̃ eligēs affligi ꝑ ꝓplō
dei q̄ʒ t̄palis peccati habere iocūditateʒ.
maiores diuitias eſtimās theſauro egi/
ptioꝝ imperiū xp̄i.Potꝰ eīelegit ꝯtē/
ni ⁊ oues cuſtodire q̄ʒ eſſe magnꝰ baro ī
curia pharaonis.De dauid.ij.reg.xxiij
Dauid ſedēs in kathedra.ſapiētiſſimuſ
p̄nceps int̄ tres.ip̄e eſt q̄ teneriimꝰ ligni
vermiculꝰ.Silr omēs ſancti noui teſta.
humilitati fortiſſime inheſerūt.ſcʒ beata
maria lu.j.Ecce ancilla domī Ioh.bapti
ſta.jo.j.Nō ſum dig.vt ſol.cor.cal.e.Et
omēs ap̄li lu.xxij.Reges gētiū domīan
tur coꝝ Et ſequit̄.Nō ſic erit int̄ vos.ſʒ
q̄ maior eſt in vobiſ.fiat ſicut minor De
niqʒ ip̄e filꝰ dī marie ſe hūiliauit.vt pʒ ī
p̄ſenti ep̄la.Math.xj Diſcite a me quia
mi.ſū ⁊ hu.cor.Vnd̄ dicit aug̃.Nō dicit

Diſcite a me mundū fabricare.mortuoſ
ſuſcitare.demonia eijcere.ſʒ qꝛ mi.ſum ⁊
hu.cor.In omī enī ope xp̄i apparet mag̃
eius hūilitas.Nā humilē matrē elegit.
⁊ reputari voluit filius hūilis patris ſcʒ
cuiuſdā ſenis carpētarij.humilē lectū ſcʒ
p̄ſepe.humilē domū ſcʒ diuerſoriū habu
it.humile iumentū.ſ.aſinū equitauit.hu
miles diſcipulos elegit ſcʒ piſcatoreſ.hu
mile miniſteriū exercuit dū pedes lauit.
humilē ⁊ d̄ſpectiſſimā mortē elegit ⁊ hu
milē ſepulturā vtpote alienā.Et deniqʒ
poſt mortē deſcēdit ad inferos in q̊ mag̃
eius humilitas ꝯmendat̄ ¶ Tercō appa
ret eius bonitas ex eius ꝯmendatōe.qꝛ
ſcriptura ſacra q̄ mētiri nō poteſt ⁊ om/
nes ſancti doctores eā mirabiliter ac mł
tipliciter ꝯmēdant.Auguſtinꝰ Humili/
tas tota pene diſciplina chriſtiana ē An
de bern.Nulla ſplēdidior gēma in toto
ornatu ſummi pōtificis q̄ʒ humilitaſ ¶
Quarto apparet eius bonitas ex ſui vir
tuoſa opatōne.Res enī q̄nto melior eſt.
tanto nobiliorē habʒ opatōem Sʒ hūili
tas habʒ mirabilia opari vt ꝯſeq̄nt̄ pate
bit.Et ſic pʒ ſcōum ¶ X ¶ Tercō videa
mus de v̄tuoſa humilitatis opatione et
bona.Habʒ enī duodecim efficere mira
bilia opa v̄tuoſa ¶ Primū ē qꝛ ip̄a tu/
morē habet ſanare humanū.que cā ꝑdi/
tōnis fuit.Aug̃.Medicina tumoris ho
minis eſt hūilitas Gre.Argumentū re/
demptōnis noſtre inuēta eſt humilitas
Omīs ei cura ꝑ ꝯtrariū debʒ fieri.qꝛ cō/
traria ꝯtrarijs curant̄.Et ideo qꝛ cā ꝑdi
tōnis ſalutis fuit ſupbia cā reparatōnis ſa
lutis debuit ēē humilitas ¶ Scōm ē qꝛ
ip̄a facit deuʒ oculo miſicordie reſpicere
peccatorē.Eſa.lxvj.Ad quē reſpiciā niſi
ad pauperculū ⁊ ꝯtritū ſpū ⁊ trementē ſer
mones meos Obiectū enī viſus ē color
⁊ iō nihil niſi lucidū ⁊ coloratū videri pt
Color aūt v̄tutū eſt humilitas ⁊ ideo ſine

humilitate null⁹ a dõ reſpicit oculo mi-
ſericordie. Beatã vͥginē maxie reſpexit
deus q꞉ hoc colore humilitatis maxie co
lorata fuit. Lu. j. Quia reſpex. hu. an. ſue
¶ Terciū q꞉ ipa orõem facit dõ acceptã
⁊ eam a deo exaudiri. Judith. ix. Humili
um ⁊ mãſuetoꝝ ſꝑ tibi placuit depcatio.
Gre. Eſt creatori noſtro ad recipiēdum
flet⁹ humiliū miſicordie ſin⁹. Exēplū de
publicano ⁊ phariſeo. Nã publican⁹ ꝑ
humilitatē fuit iuſtificat⁹. ⁊ phariſe⁹ ex
ſupbia ꝯdēnatus. Lu. xviij. Deſcēdit hic
iuſtificat⁹ in domū ſuã ab illo. Hūilitas
enī facit orõem ī ꝯſpectu dei introire Ec
cleſ. xxxv. Oratõ humiliãtis ſe nubes pe
netrat. Petitõ aūt que nõ porrigit corã
papa nunq̄ȝ ab eo exaudit. Sic ē de orõ-
ne corã deo ¶ Quartū ē q꞉ liberat hoīeȝ
a piculis Pſal. Humiliat⁹ ſū ⁊ li. me. iij.
reg. xxj. Nõne vidiſti achab humiliatuȝ
corã me ꝓpter qd nõ inducã malū ī die-
bus ſuis. Ubi dicit greg. Si humilitas
tantū placuit ī reprobo. q̄ntū placebit ī ele
cto. Aug. Humilitas cuſtodit in omī tri
bulatõe vt nõ crepet mēs in fornace que
non tumet vento ſupbie. Jdeo caſtanea
facit ſtrepitū in igne. q꞉ ſub cortice ꝯtinet
ventū. Exēplum dauid q ait. j. reg. xxiiij.
Quē pſeq̄ris rex iſrael. quē pſequeriſ. ca
nē mortuū pſequeris ⁊ pulicē viuuȝ. Et
q꞉ ſic ſe hūiliauit. idõ dñs de manu ſaul ⁊
omniū inimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ de omī anguſtia
eū liberauit. ij. regū. iiij. Uiuit domin⁹ q
eruit animã meã de omī anguſtia Hūili
tas enī facit hominē ī imo iacere. Jacēti
aūt ī imo pauca picula poſſūt cõtingere.
⁊ puū caſum põt facere ¶ Quintū eſt q꞉
exaltat hominē valde. j. re. xv. Nõne cuȝ
puulus eſſes ī oculis tuis caput in tribu
bus iſrael effect⁹ es. Jmo hūilitas ē men
ſura exaltatõis vt q̄ntū qs ſe hūiliat tan
tū exaltet. Exemplū in xp̄o. beata maria.
iohãne baptiſta ⁊ paulo. Nam xp̄c ſup
omēs eſt exaltat⁹. q꞉ ſup oēs ſe hūiliauit
⁊ poſt xp̄m beata vͥgo maria. De q̄ aug.
dicit q ꝓpt ſui humilitatē eſt mat domi
electa. Lu. j. q꞉ reſpe. hu. an. ſue. Johãnes
võ bap. q꞉ poſt hos pl⁹ omnib⁹ ſe hūili
auit. dū dixit. nõ ſum dign⁹ vt ſol. cor. cal.
eius. ſ. xp̄i. idõ ꝑ omnib⁹ xp̄c eū ꝯmēdauit
Math. xj. Jnt na. mu. nõ ſur. ma. jo. bap.
Et chriſ. di. q in nullo vnq̄ȝ ope tãtū me
ruit jo. bap. ſicut ī hac humilitate quē cū
iudei vellēt ꝓ xp̄o recipe dixit. Nõ ſum
dign⁹ ꝛc. Paul⁹ võ q꞉ dixit ſe minimuȝ
aploꝝ. ⁊ dixit ſe nõ dignū vocari aplm
Jdeo ꝑ excellentiã eccia vocat eū aplm
Job. v. q ponit humiles ī ſublime ¶ Se
xto facit hominē dī grã ſuſceptiuū. ja. iiij
Deus ſupbis re. hu. au. dat grãm Eſt eī
humilitas ſm ber. aqueductus ꝑ quem
venit grã dei ad hominē. Et ideo ait flu
enta grē tanto tpe defuerūt q꞉ nondū in
teruenerat aqueduct⁹ Et vocat aquedu
ctum humilitatē marie Supbus aūt eſt
plenus vento vane glē. ⁊ recipe dī grãm
non poteſt. Sed humilis eſt totus ī ſui
reputatõne vacuuſ ¶ Septimo facit dī
ſapiētiã in corde humilis habitare Pro
uerbioꝝ. Ubi humilitas ibi ſapiã Pto-
lomeus. Jnter ſapiētes ille ſapiētior eſt.
q humilior exiſtit. Bernhard⁹ Humili-
tas clauis eſt ſcie. Humilitas enim facit
amicū dei. amicis autē ſecreta reuelãtur
Et ideo deus humilib⁹ ſua ſecreta reue-
lat. que faciūt ipos ſapientes Math. xj.
Confiteor ti. pater ce. ⁊ terre. q꞉ abſcõdi-
ſti hec a ſap. et prudētibus ⁊ reuelaſti ea
puulis. id eſt. humilibus. Et ꝑ hunc mo-
dum fuerūt ſapiētes omēs ꝓphete ⁊ ſan
cti. Beat⁹ ergo greg. di. q ſacra ſcriptura
eſt quoddã pelag⁹ ī quo elephas natat.
⁊ agnus peditat Supbus enī ſup pela-
gus ſcripture natat ⁊ nihil intelligit Hu
militas aūt tangit ꝓfundū intellect⁹ ſcri
pture Unde boeti⁹ di. q ſapiã vel phĩa

aſparuit ſibi in ſpẽ cuiuſdã domĩe.q̃ mõ
ſeſe ad menſurã hominũ cohibebat. mõ
ſummi cacumĩs v̉tice celũ tãgere videba
tur.q̃ dũ caput altiꝰ extuliſſet ipm etiã ce
lũ penetrabat. Per hũilitatẽ ei ſapĩa ad
menſurã hominũ ſe reſtringit.⁊ ꝑ ſupbi/
am caput extollit ¶Octauũ ẽ q2 recupe
rat caritatẽ ⁊ nutrit eã Gre. Sola v̉tus
hũilitatis ẽ repatõ caritatis leſe. Chriſ.
Nutrix dilectõis eſt hũilitas.mat odij ẽ
ſupbia. Hũilitas ei facit hominẽ ſubire
ſacramẽta eccĩe ꝑ q̃ caritas amiſſa ⁊ leſa
repat. Si repauit eã paulꝰ q̃ ait actu.ix.
Domĩe qd me vis facere.et ſurgens ba/
ptiſatus ẽ. ¶Bonũ eſt q̄ ꝯſuat aĩe bo/
na Greg. Perit omẽ qd agit ſi nõ ſolici
te in hũilitate cuſtodit Idẽ. Qui ſine hu
militate ceteras v̉tutes ꝯgregat q̃ſi pul/
uerẽ in ventũ portat Aug. Cogitãs ma/
gnã fabricã ꝯſtruere celſitudinis.de fun
damẽto cogita humilitatis. Humilitas
enĩ eſt domꝰ dei in q̃ ds manet In domo
aũt dĩ ſicut in dõ omĩa ꝯſuant Aug. Ex
celſus es domĩe et hũiles cord ſũt domꝰ
tue. Ideo in demonibꝰ et p̉mis pentibuſ
bona grẽ nõ ſunt ꝯſuata. q2 in hũilitate
nõ manſerũt. ¶Decimũ eſt q2 facit ho/
minẽ pacifice ꝯuerſari.q2 ſicut inter ſup
bos ſp iurgia ſunt.vt dr puer.xiij.ſic ꝑ lo
cum a ꝯtrarijs inter hũileſ eſt ipa ſancta
pax.et ꝑ ꝯſeq̃ns nihil ita facit hominem
deo et hominibus placere ſicut hũilitas
Hiero. Nihil ẽ q̄ ita nos dõ et homini/
bus g̃tos faciat q̃z ſi merito magni hũili
tate ſimꝰ infimi. Ber. In alto nõ altũ ſa/
pere ſz humilibꝰ ꝯſentire.nihil deo cariꝰ
et rarius apud homĩes ¶Undecimũ ẽ
q2 facit hominẽ vincere dyabolũ et eius
figmẽta Unde in vitaſpatꝝ legit q̄ dya/
bolus dixit ſancto machario Sola hũi/
litas tua me vincit. Humilitas enĩ dya/
bolo ꝯtrariat directe. nihil aũt deſtruit
niſi ꝑ ſuũ ꝯtrariũ.vt ignis ꝑ aquã et tene

bre ꝑ lucẽ. ¶Duodecimũ ẽ q2 ducit ho/
minẽ ad gl̃am celi.job.xxij.c. Qui humi/
liatus fuerit erit in gl̃a. Math.xviij Ni
ſi ꝯuerſi fueritis et ef.ſi.pu.nõ intrabitis
in regnũ celoꝝ Humilitas enĩ facit deũ
habitare in aĩma q̃ eſt vita beata aĩmaꝝ
ſanctaꝝ vt dicit augu. Ad quã nos ꝑdu
cat dominꝰ noſter ieſus xp̄c marie filius
cũ patre et ſpũſancto vnꝰ ds in trinitate
ꝑfecta ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ Amẽ
¶Domĩca reſurrectõis domĩ noſtri ie
ſu xp̄i de euangelio. Sermo XLV.

M Aria magdale
na et maria iacobi et ſalome
emerũt aromata vt veniẽtes
vngerẽt ieſuz.mar.xvj. In euangelio ho
dierno quattuor ꝯtinent. Primũ ẽ mu/
lierũ obſequiũ et deuotõ opoſa. In pri
cipio euãgelij Scdm eſt angeloꝝ mini/
ſterium et apparitõ glorioſa ibi. Et intro
euntes in monumentũ viderũt dextris
iuuenẽ ſedentẽ cooptũ ſtola cãdida Ter
cium ẽ angelicũ colloquiũ et reſurrectio
nis xp̄i affirmatõ ſerioſa ibi Qui dixit il
lis. Nolite expaueſcere. Ieſũ q̃ritis naza
renũ cruci. Surrexit nõ ẽ hic. Quartũ ẽ
ꝑmulgãde reſurrectõnis mãdatũ et iuſ
ſio fructuoſa ibi Sz ite dicite diſcipulis
eiꝰ et petro ſup.q2 dominꝰ ſurrexit. q2 p̄
cedet vos in galileã ¶Prio ergo ponit
iſtaꝝ mulieꝝ obſequiũ et deuotõ opoſa.
q2 valde mane ſurrexerũt.et cũ vnguẽtiſ
aromaticis ad ſepulcꝝ venerũt vt vnge
rẽt corpꝰ ieſu. Circa hoc p̉mũ mẽbꝝ q̃tu
or ꝯſiderãda occurrũt Prio d differẽtia
euãgeliſtaꝝ. Scdo d ꝯgruitate eoꝝ q̃ in
reſurrectõe legunt Tercõ d ꝯmẽdatõne
iſtaꝝ mulieꝝ Quarto d moralitate et ſi
